

Lupus qui fugit et pastor

Pastor oves suas in campo pascit¹. Dum ille sub arboris umbra dormit, oves herbam edunt. Extemplo² illae balant, quia vident lupum magnum e silva ad campum currere. Belua ad pastorem it et: «Adiuva³ me – inquit – bone pastor! Nam improbus venator me quaerit, qui me occidere⁴ vult». Pastor: «Veni apud me – inquit – et sub foliis huius magni arbusti⁵ iace. Si venator venit, nullum verbum de te facio». Lupus post arbustum it, iacet neque se movere audet. Deinde advenit venator, qui ab equo vehitur. Pastorem interrogat: «Estne in campo lupus? Eum enim quaero». Ei pastor respondet: «Vēnit⁶ lupus sed ad silvam fūgit. Eum ilīc prope rivum quaere!» et digito partem dexteram⁷ ostendit, ubi rivus est, sed oculis partem sinistram monstrat, ubi sub arbusto lupus iacet. Venator, qui stultus est, pastoris verbis paret et abīt. Lupus ex arbusto exīt et ante pastorem consistit. Dentes ostendit pastori, qui perterritus est et dicit: «Amice, gratias mihi age⁸, quia verbis meis te servavi⁹». Lupus homini: «Digito et verbis tuis – inquit – gratias multas ago, nullam gratiam oculis tuis». Et lupus pastorem petit et ēst.

(Ivana Milani)

¹ *pasco, is, ere* = in campis herbā oves nutrire

² *extemplo* = statim

³ *adiuvo, as, are* = "aiutare"

⁴ *occido, is, ere* = "uccidere"

⁵ *arbustum, i* = parva arbor

⁶ = è venuto

⁷ *dexter, a, um* ☐ *sinister, a, um*

⁸ *gratiam ago, is, ere* = "essere grato, aver riconoscenza"

⁹ *te servavi* = "ti ho salvato"